



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. An, & quâ ratione testamentum, vel alia dispositio ad pias causas, aut donatio excludat successionem ab intestaro?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

neis, ab intestato ex legis dispositione successuris, moriatur, ita suo beneficiato succedit etiam altare, vel Ecclesia, cui servivit: & quamvis Patronus liberto, quem à servitute manumisit, si absque liberis sic moriatur, succedat. *Sed non sra instit. de success. liberr.* nihil tamen de bonis illis sibi vindicare potest patronus, aut ab intestato succedere, si talis manumissus ad sacros ordines promotus fuerit.

§. II.

An, & quâ ratione testamentum, vel alia dispositio ad pias causas, aut donatio excludat successionem ab intestato?

EXcludere dispositionem talem; vel donationem, si sufficienter probata fuerit, successionem ab intestato *ex cap. Cum dilectus s. h. t. pater*; cum enim per dispositionem talem (quamvis ea per verba tantum enunciativa, quæ consensum loquentis in piam causam saltem incidenter indicent, habeatur) aut donationem, piam causæ jam jus in bonis talibus acquisitum sit, consequenter quoad hæc bona dari non potest successio ab intestato, quæ tantum ea bona afficit, de quibus à vivente, vel moriente nulla facta fuit dispositio.

§. III.

An, & qualiter succedat monasterium, vel ordo religiosus, in bonis sui professi?

Casu quo religionem professus de bonis suis ante professionem nihil disposuit, & religio talis non sit capax successionis, tum omnia bona illius facta

professione, ad hæredes illius ab intestato statim devolvuntur, penitus ac si mortem naturalem obiisset, cum tunc ille per professionem factam se pro omni futurum rerum dominio, non autem non sit capax successionis, consequenter omnia illius bona, & quæ domino careant, ad hæredes ab intestato statim transibunt, si verò capax successionis sit capax, transibunt omnia sui professi bona, professio facta, vel ab intestato mortui, non jure hæreditatis, cum proprietas sit religio, sed jure acquisitionis naturalis (qui enim se Deo mancipat, etiam omnia sua bona una secum successorie, non mundo, sed Deo decata) excepta legitima, si quæ sit suis, aut aliis descendentibus, vel ascendentibus relinquere debeat, etiam post professionem factam, habuendo eam inter illos, quibus relinquenda est, disponere potest. *Contra que mulier 9. §. Sed si persona capax 9. 3. non quidem, ut Dominus, administrator à jure constitutus ad effectum.*

§. IV.

Alia quedam circa successionem ordinis religiosi in bonis sui professi resolvuntur.

Primò probabilius est, quod non monacho hæreditas, sive ex testamento, sive ab intestato deferatur, sed mediatè acquiratur Monasterio, non sit opus aditione monachi, eam acquirendam, cum enim voluntatem suam circa acquirenda talia Monasterium detulerit religiosus, et